

Q. D. B. V.

UT

CONSUL JAM REGENS
ANNIVERSARIAM GYMNASII GRA-
TULATIONEM EXSOLVI VIDEAT;

DE

SECVLORVM
TERMINIS,

SINGULARI CASU VEL EXEMPLO
SEMPER ILLUSTRIBUS,

PLERVMQ; TAMEN

GERMANIÆ

ET

SAXONIÆ,

NON PRORSUS OMINOSIS AUT INFAUSTIS,

ad d. 4. Octobr. M DC XCV.

IN AUDITORIO SUPERIORE,

POST OCTAV. MATUT.

PRO VIRIBUS DISSERERE CONSTITUERUNT
GENEROSI ET INGENUI JUVENES.

QVORVM PIETATEM ET CONATVM

COMMENDAT

CHRISTIANVS WEISE, Gymn. Rect.



ZITTAVIÆ,

Typis Michaëlis Hartmanni.

93



Ervenimus ad ultimum seculi P. C. N. decimi septi-
mai lustrum, tanto quidem diligentius observandum,
votisque communibus prosequendum, quo certiora
constant historiarum documenta, sub his seculorum
terminalibus singularem semper vel calamitatis me-
tum, vel prosperitatis successum, fuisse vel deplora-
tum vel depraedicatum. Nec ingratum esse poterit historicum, seu ut
rectius loquamur, christianum hoc argumentum, ubi ad anniversari-
am gratulandi consuetudinem, non modo pietas, sed ipsa tum decla-
mandi tum innotescendi cupiditas, Gymnasii quosdam auditores, O-
ptimorumque Parentum filios impulisse videtur. Dum enim ad Consu-
lares fasces denuo vocatus est Nobiliss. DN. ALBERTUS GIRISIUS,
ipse jam annis, consiliis & meritis omnino maturus, quin & olim PA-
RENTE usque longaevo simul, cordato, publicisque negotiis exercitato,
ut integrum fere seculum hoc Nomine commendatum videatur: non
immerito temporum praeteritorum nos occupabit memoria, quippe
cujus repetitio, non tam politicas rerum humanarum vicissitudines,
quam insignia divinae providentiae documenta clarissimis velut testi-
moniis exponit. Sic autem laudes aliquantulum majores invenisse, quin &
laetiores gratulantium formulas nunc provocare creduntur, quos di-
vini Numinis benignitas eò quidem loco voluit esse constitutos, ut la-
borando, consultando, benemerendo, beneficæ huic providentiae feli-
citer obsequantur, fatisque pro salute publica vigilantibus manum, ocu-
los, linguam, omnes denique cogitationes velut instrumenta concedant.

Cæterum, ut prolixo defungamur invitationis officio, nec argu-
menti, quod nobilissimum est, conditio requirit, nec Patronorum &
Fautorum, quos multis abhinc annis experti sumus faventissimos, vo-
luntas exposcit. Ipsi vero juvenes probe gnari, supervacaneas esse
convocantium sive preces sive blanditias, nisi gemino condimento te-
nuissimum suum convivium gratum fore polliceantur, h. e. ut primum
sibi constet RERUM ORDO, tædiique certissimum remedium adspers-
gat DICENDI BREVITAS, quid intra promissum horæ spatium ex-
pectari debeat more nostro, h. e. tum ordine, tum breviter sumus ex-
hibitori.

Solenne theatrum excitabitur in Auditorio Superiore, in quo lo-
quentes non partem sui, sed integrum corporis habitum commendent,
adeoque sermonibus suis, quod apud Oratores præcipuum est, ultimam
pronunciationis & actionis elegantiam studeant conferre.

Musicam audient Optimi HOSPITES, pietati, devotioni, obser-
vantiae convenientissimam, qualem præ cæteris tractare decet Subdi-
tos, qui PRINCIPEM norunt peregrinis, magnis & gloriosis pericu-
lis

lis expositum. Quod enim tubis & tympanis, vel acutioribus fidium
modulis alioqui peractum fuit, huic impræsentiarum sufficient fistulæ,
quæ vocantur dulciores seu leniores: quippe sic appellare libet magis,
quam gallicas, etsi flutas s. fistulas soni paulum crassioris s. penetrantio-
ris Galli dicere solent alemannicas s. germanicas.

Introitum commendabit carmen sola canentis voce, jam tacen-
tibus, jam obstrepentibus fistulis explicandum.

I.

WIE ist Herr zu allen Zeiten
Er bezeichnet hundert Jahr/
Und eh wir zum Ende schreiten/
Stellt Er schon was neues dar.
Auff den Tag der ist vergehet
Folget stets ein neues Licht/
Und wer diesen Lauff verstehet/
Zweiffelt an der Ordnung nicht.

II.

Er hat längststen Hauß gehalten/
Und versorget noch die Welt.
Also wird er gnädig walten
Daß kein Werck in Hauffen fällt:
Dennoch daß wir deutlich sehen/
Was er thun und ändern kan/
Läßt er vielmahl was geschehen/
Und sieht uns mit Wundern an.

III.

Nun wir dencken auch zurücke:
Denn wir kommen an das Ziel/
Das bey uns mit Noth und Glücke
Mehr als sonst spielen wil.
Was man oft von hundert Jahren
In bewehrten Büchern list/
Können wir auch jetzt erfahren/
Weil die Zeit verhanden ist.

IV.

Sittau lasse dirß belieben/
Denn wir hoffen gute Zeit:
Und die Jahr-Zahl wird geschrieben/
Noch zu deiner Sicherheit.
Was von Angst/ Gefahr und Trauern/
Andre Länder schmerzlich drückt/
Wird bißher zu deinen Mauern
Nur geschrieben hergeschickt.

)C

Höre

Höre was die Jugend dencket/
 Höre was sie wünschen muß.
 GOTT der alle Sachen lencket/
 Hört das Wort und macht den Schluß.
 Unser Wunsch ist Ja und Amen/
 Daß die Jahr-Zahl nicht vergeht/
 Weil der Friedrich August-Nahmen
 Noch auff dem Papiere steht.

Pergimus ad officia singulorum, qui vel declamandi vel gratulandi munus aggredientur.

Johann Ehrenreich von MAXEN, Nobilis Schwibusiensis. Universum Auditorium preparaturus, in Ægyptiorum hieroglyphico, h. e. in serpente caudam suam vorante, seculorum & perpetuam connexionem mirabitur, quod serpens circuli figuram exprimit; & magna notabit terminalia, quod ipsum serpentis caput è circulo paululum eminens annulum, pretiosa velut gemma, distingvit.

Succedit eorum series, qui referent terminos quorundam seculorum vario nomine notabiles.

JOHANNES GEORGIUS KOERNERUS, Schmiedeb. Siles. Ultimos respiciet annos seculi P. C. N. decimi tertii, quos in Imperio nostro turbulentos fecit Rudolphi Habsburgici Imperatoris obitus, tum quod Alberti filii successionem impediret Adolphi Nassovii tumultuaria denominatio, tum quod novus hic Adolphus, potentia fundamenta jacturus, Albertum Thuringia Landgravium, Misniaeq; Marchionem, his de causis dictum degenerem, eò deduceret, ut insigni Filiorum præjudicio territorium eidem venderet, magnamq; belli molem relinqueret civibus, justam suam causam, justosq; patriarum ditionum hæredes defensuris. Zittavia tamen affulsit præcipua felicitas, quod decedentis Ottocari Bohemia Regis filius, vel educationis aliquod beneficium, vel præcipuam fidelitatis significationem, ex animo dimittere nunquam posset.

ANTONIUS Reichsel / Zittâ-Lufatus.

Respiciet terminum Seculi decimi quarti, quem notavit minus laudabile Wenceslai Imperatoris regimen, ita quidem odiosum, ut à Bohemis aliquando raperetur in captivitatem, ab Imperii autem Electoribus finito seculo penitus destitueretur. Interim in Oriente Turcarum eo pervenerat insolentia, vel Christianorum infelicitas, ut Constantino-polis obsidionem passa, de suis quidem viribus desperaret, nisi Tamerlanes Bajazethis victor plenam calamitatem occupandæ civitatis, ad annos quinquaginta potius distulisset, quam penitus avertisset. Sedem quoq; Pontificiam turbabat opposita Romanis Avenio, quod utrinq; peculiaris Præsul alterum velut Antichristum condemnare, quin & ex-

com-

communicare non dubitaret: cum interim sub somnolento Wenceslai statu vires concipere posset Johannes Hussus, Wiclefum Anglum non sine Bohemiæ applausu secutus. Ut tanti videretur Regem habuisse minus vigilantem.

ERNESTUS FRIDERICUS Meder / Pirnâ-Misnicus.

Dispiciet, quomodo seculum decimum quintum suos annos eventu quam conspicuo reddiderit illustres. Nec contemnendam inveniet dicendi materiam. Tum enim posita reperimus fundamenta Tragoëdiarum Austriaco-Gallicarum, quibus orbem Christianum exerceri vidimus, videmus, & nisi DEUS intercesserit, videbimus. Maximilianus per Mariam Burgundicam tot provinciarum hæres, Imperio simul destinabatur. Hispania vires suas cum Austriacis junctura multum creverat opibus Americanis. Interim aderat Gallus, crescentis hujus potentiae non æmulus tantum, sed & perpetuus hostis. Carolus VIII. ut Austriam haberet inimicam, Maximiliano sponsam, minoris Britanniae hæredem, eripuerat, filiam ejus sibi desponsatam Austriacis remiserat. Idem ut displiceret Hispanis, regnum Neapolitanum, Hispanicæ spei jam destinatum tumultibus brevibus quidem, sed acerbis involvit. Imo ne deesset lingula, quæ bilancem Europæ retineret in æquilibrio, crescebant tum vires Anglorum per Henricum VII. cujus prudentia, non modo discordiis domesticis impositum finem, sed augmentis commerciorum & opificiorum accessisse novam gloriam, nullus ignorat. Cum interim in hoc Europæ parturientis motu feliciter cresceret Zittavia, templo Parochiali quartum fornicati operis ordinem adjiciens, in testimonium auctæ vel augendæ civitatis

FRIDERICUS PHILIPPUS Singke / Dresdâ-Misnicus.

Multa reperiet in exitu seculi decimi sexti celebranda. Magnum erat, motibus Belgicis involvi Europam; in Gallia Regem succrescere jam vicinis metuendum, postea vel in posteris nostro seculo gravem & infelicem; Hungariam foris à furore Turcarum, domi ab ipsis fratrum imperantium discordia convelli. Sic non contemnenda religionis dissidia non lacerare quidem, sed concutere tamen videbantur Saxoniam, Evangelicæ puritatis sedem ac novam patriam. Sed præ cæteris ominosum habebatur, quod in cineribus & favillis adhuc delitescibat. Omnia tacitis correspondentium & conspirantium odiis, occultis infidelium expectationibus, acerbis consiliorum vel sincerorum interpretationibus erant plena: quæ tamen, ne penitus erumperent in flammam, & belli tricennalis miseriam aliquanto citius exhiberent, Rudolphi Cæsaris effecit sive circumspectio, sive prosperitas, ut vel hoc nomine seculi finem deprædicemus, posterorumque votis commendatum esse velimus.

Sed duo mirabitur divinæ providentiæ specimina. Nisi tum diversis religionibus intercessissent discordiæ, nunquam per tot rerum discrimina nostro seculo pervenissemus ad pacis Westphalicæ securitatem:

tem: Nisi Turca per quindecim annos pugnando defatigatus, pacem impetrasset longiorem, ad delicias respicere milites, ac primam Orientis ruinam meditari non potuissent.

Ita quid nostri seculi finem, vel infelicem vel securum, vel spe meliori plenum faciat, omnibus & votis persequetur

Rudolph Heinrich von Hund / Nobilis Lufatus.

Deflexis ad POTENTISSIMUM ELECTOREM sermonibus, quid in Witekindæa profapia faustum singulis seculis terminum portenderit, exponet. Finiente seculo decimo tertio Patria multum debuit FRIDERICO admorso. Seculum decimum quartum ultimo collustravit succrescens in mediis armis FRIDERICUS bellicosus tandem Elector. Seculum decimum quintum vivendo clausit ALBERTUS Magnanimus, Albertinæ lineæ non infaustus, vel inglorius conditor. Seculi superioris spem, in Christiano I. amissam, sustinebat JOHANNES GEORGIUS I. imminente seculo Religionis & Reip. stator futurus. Quid jam speremus in FRIDERICO AUGUSTO, quid in Gloriosissimo ejus Capite sibi libenter promittere velit posteritas, vel sine teste vel præcone notum est.

Erdmann Friedrich von Unruh / Nobilis Silesius.

Augustissimum Electoris Foederatum & Amicum Imperatorem LEOPOLDUM secularibus miraculis dignum judicabit. Quippe finem seculi decimi tertii post varia rerum discrimina prosperum dictitavit ALBERTUS, Adolpho remoto creatus Imperator. Seculo decimo quarto jam ad exitum inclinante Viennenses habebant ALBERTUM Imperatoris nepotem, dictum a suis *Mirabilia mundi*. Sub clausulam Seculi decimi quinti dubium est, an commendari magis mereatur FRIDERICUS III. ultra quinquaginta annos Imperator, an MAXIMILIANUS I. heroicæ expectationis Successor. Superioris seculi finis RUDOLPHUM ostendit in ipsa quiete Victoriis clarum. Tanto magis, quod nunc in LEOPOLDO miramur Pacis studium, Belli successum, seculi amorem, viciniæ terrorem, nec non in JOSEPHO expectamus instantis Seculi decus & præsidium.

DAVID Richter / Zittâ - Lufatus.

Reversus intra terminos Zittaviæ, quam fortunam hoc adspexerit seculo Civitas dilectissima, decenter exhibebit. Qua quidem occasione designabit annum 1599. contagione tam infausta notabilem, ut præcipuos Ecclesiæ Scholæq; doctores legamus extinctos. Deplorabit anni 1608. incendium, cui magnum afferre solatium videbantur literæ Cæsaris Majestaticæ securitatem Evangelicorum complexæ. Sic enim ædes reficere, quin & è ruinis illustrius excitare juvabat. Perget ad Oppignorationem traditionemq; Saxoniam, quæ bellorum quantascunq; molestias sincero semper solatio deterferunt. Laudabit tandem Pacis per annos quinquaginta ferè (si terminum constituat anni 1646. armistitium) foecunditatem & constantiam: in qua, nisi quatuor Electo-

rum

rum mortes intercessissent, nihil foret, quod querelis aut infelici-
bus ominibus haberetur dignum: neq; nunc pulchriora vel lætiora
Patriæ finibus apprecari licet, quam in FRIDERICO AUGUSTO
Vitam & Victoriã.

Gottlob Gampe / Zittã - Lusatius.

Suum putabit Gymnasii facere mentionem, cujus fata superiori secu-
lo ventilata, si cum statu præsentis comparentur, varium quidem gra-
tulandi requirunt argumentum. Inter ista verò vota compellabit No-
bilissimum CONSULEM, cujus AVUM centum abhinc annis Curiaë
adscriptum vel ideò gaudemus, quod secularem hanc memoriam re-
petito ipsius Regimine clarum experimur. Ut adeo votivus hic Ora-
tor clausulam sibi polliceatur nec ingratam, nec à Nobilissimorum
Patronorum precibus alienam.

Quicquid enim nunc consecratum esse cupimus GIRISIO, ut
ordine sic jubente, nec infeliciter succedat STOLLIO, nec redeunti
ad hoc pensum denegetur HARTIGIO, testemq; ipsi ac comitem
prosperitatis semper habeant SELIGMANNUM, omnes nobiscum
precabuntur.

Clausulam imponet hymnus, ad sensum Psalmi XXI. tum ex-
pressus, cum præstiti homagii recordatio nostram provocaret pieta-
tem. Et quia nos anno nunc elapso verborum ita conceptorum
nondum pœnitet aut pudet, non alienum ab hac solennitate credidi-
mus Parodiam, priori nec omnino dissimilem, nec prorsus similem
subjicere: cui nova pietas, utinam sequenti anno lætissimum addere
queat commentarium.

I.

Der Ehr- & Fürst freue sich annoch in Gottes Krafft/
Und lerne frölich seyn / wenn Jesus Hülffe schafft/

Aria.

Stilles Labfal frommer Herzen zeuch hinsfort in Sachsen ein.
Lasse weder Furcht noch Schmerzen in der Post aus Ungarn seyn.
Daß der Prinz dein Heil erkennt / der sich Friedrich August nennt.
Sein Wunsch sey stets vor dir gedacht/
Daß solchen gelingen und nim sein Haupt in acht/
So wollen wir singen und loben deine Macht.

II.

Der Vater freue sich annoch in Gottes Krafft/
Und lerne frölich seyn wenn Jesus Hülffe schafft.

Aria.

Was die frommen Kinder beten / finde guten Pluffenthalt:
Auch jemehr in Land und Städten Lieb und Andacht wieder schafft/
Destomehr sey Gottes Hand über uns und jenes Land.
Er hat Gefahr und Noth veracht/
Drum soll er vollbringen wornach die Liebe tracht.
So wollen wir singen und loben deine Macht.

Ein

Ein Friedrich freue sich annoch in Gottes Krafft/
Und lerne frölich seyn / wenn Jesus Hülffe schafft.

Aria.

Er sey Friedrich auch im Kriege / Gott verbleibe Sonn und Schild/
Bis er nach erlangtem Siege dieses Land mit Ruhm erfüllt/
Da sey Leben und genug Ehr und Hülffe Lob und Schmuck.
Die Zeitung werde bald gebracht.
In Streiten und Ringen sey Gott auf Jhn bedacht.
So wollen wir singen und loben deine Macht.

IV.

Augustus freue sich annoch in Gottes Krafft/
Und lerne frölich seyn / wenn Jesus Hülffe schafft.

Aria.

Wenn die Wünsche sich vermehren / so vermehre sich die That/
Bis der Held mit vollen Ehren Seines Nahmens Denckmahl hat/
Bis das Haupt im Segen blüht / und das Land die Früchte sieht.
Hat Jhm der Feind was zgedacht/
Den sol er verschlingen / nechst der vermeinten Pracht/
So wollen wir singen und loben deine Macht.

V.

Du Sittau freue dich annoch in Gottes Krafft/
Und lerne frölich seyn / wenn Jesus Hülffe schafft.

Aria.

Was ein Friedrich August dencket / was er wünschet und befiehl.
Was er fodert oder schencket / ja worauff sein Herze zielt/
Solches alles seze sich / dir zum Segen ewiglich.
Ja deiner werde stets gedacht/
Daß unter den Dingen dein schönstes Glück lacht/
So lernest du singen und lobest Gottes Macht.

Descriptimus ordinem, quo procedere debeat pius hic & literari
us conatus: cui, qui commendationem, favorem, praesentiam indul-
gere dignantur ut ad diem crastini, finitis in templo vicino sacris matu-
tinis, sui copiam faciant, quin & operæ non admodum prolixæ, proli-
xam à nobis, sin minus remunerationem, certe deprædicatio-
nem expectent, qua par est sinceritate, vel rogantur, vel
invitantur, vel admonentur. *PP. è Gymnasio*
d. 3. Octobr. M DC XCV.

